



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia

Androzzi, Fulvio

Coloniæ, 1611

In Communione quid cogitandum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48641)

INTER EVNDVM AD SA-
cram mensam, quid cogitan-
dum.

Matth. 25.

Cogita tibi dici, *Ecce sponsus venit, exite obviam ei.* Venit ille plenus charitate, benignitate, & omni bono, cupidus manendi tecum, vt cum suis delicijs. Decet igitur te illi venire obviam plenum deotione, amore, venerati-
 ne, læritia, gaudio: vtique cum accep-
 turus sis Sponsum tuum, Dominum tuum Deum tuum, Creatorem tuum: qui lon-
 gè ardentius dare, quàm tu accipere, cu-
 piat, vt ostendit filio prodigo qui venit
 vt agnus non vt leo.

Enc. 2.

Vtile quoque tum fuerit, illa secum loqui, & meditari: *Vnde hoc mihi, vt veniat Dominus meus ad me? simulq; considerare, quis ille qui venit: & illud Sancti Francisci vsurpare: Deus meus? Deus meus: quis est tu? & quis sum ego?*

POST COMMVNIONEM.

Magnæ Deo ob hoc beneficium agendę sunt gratiæ, & magno-
 pere custodiendum os: peten-
 da insuper à Deo, quibus egemus, præ-
 cipuè charitas, & vt possimus semper
 vnus